Pateant universi per presentes nos Willelmum Pyx Richardum Rocher et Thomam Kyngesnoth remisisse relaxasse et omnino pro nobis et heredibus nostris imperpetuum quietclamasse Johanni Hert de Hothfeld in sua plena possessione existenti totum ius nostrum statum et clameum que habuimus habemus seu quovismodo in futurum habere poterimus de et in una pecia terre cum suis pertinentiis vocata Stacys continente per estimacionem tres rodas terre sive plus sive minus unde [illegible] iacet et existit in parochia de Plukle ad regiam stratam versus North et ad terram heredum Ricardi Hythelmaker versus est South et West quam quidem peciam terre cum suis pertinentiis nos predicti Willelmus Pyx Richardus Rocher et Thomas Kyngesnoth simul cum predicto Johanne Hert nuper habuimus ex dono et feoffamento Willelmi Watham de Plukle. Ita quod nec nos nec predicti Willelmus Pyx Richardus Rocher et Thomas Kyngesnoth nec heredes nostri nec aliquis alius nomine nostro aliquid iuris clamei sive status de et in predicta pecia terre cum suis pertinentiis de cetero exigere vel vendicare poterimus nec debemus in futurum sed ab omni accione iuris tituli amodo simus penitus exclusi imperpetuum per presentes. In cuius rei testimonium presentibus sigilla nostra apposuimus. Datum apud Plukle predictam penultimo die Januarii anno regni Regis Ricardi tercii post conquestum Anglie primo

AD 894

163929

E.41a. S.lt.